

Italiae, partesque Virgilio editabat. inter praefatos reges
ortum est bellum. haud multo post victoriam Iulius captam 25
moriens regna haec nepoti suo Octaviano, sororis suae Oc-
taviae filio, tradidit. hic Antonio, consuli suo, Monachim
dedit sororem suam coniugem. sub cuius potestate Virgilius
erat. sed Antonius tertio rebellans despecta sorore eius
Alexandriam pergit, habens consiliarium et poetam Virgi- 30
lium in cōmitatu. qui accepta Cleopatra Arabiam dotem
dedit auxiliante sibi Hispania, Affrica, Syria, Aegypto et
media parte Italiae a Roma usque ad mare meridianum,
Cremona et Mantua. partibus vero Caesaris consenserunt
VII triones(?) Gotia, Germania, Illiricum, Rhetia, Pannonia 35
et omnis Sicilia et insulae Tyrreni maris et media Italia a
Roma usque ad Alpes et usque ad vicinum mare, Ephiro
cum Roma et Ravenna cum ceteris civitatibus. Antonius
quidem Octaviano Caesari navale bellum intulit iuxta Ac-
teum litus, ducens exercitum secum et Cleopatram, habentes 40
duos serpentes in prora navis, ut, si victoriam Caesaris sen-
sissent, a serpentibus interimerentur. et tali desperatione
perierunt. at victor Caesar Romam redit et statim misit
Cornelium Gallum vero Appinum et Asinnium Pollionem
milites suos, ut hereditatem Antonii et amicorum eius, hoc 45
est Cremonam civitatem, suis militibus dividerent et quia
non sufficerent illis addita est Mantua unde erat Virgilius.
tunc Mantua Cornelio Gallo data est et Andis, Virgilio villa,
Claudio Arrioni, qui voluit Virgilium occidere, nisi flumen
in alteram partem natasset. post quae amici et condisci- 50
puli Virgilio, consules Caesaris et poetae Aemilius Macer,
Gentilius Varus, Mecenas, Cornelius Gallus et Asinnius
Pollio suaserunt Virgilium ut per laudem Caesaris peteret
hereditatem suam. quam cum per Assinnium Pollionem
impetrasset, devenit ad amicitiam Caesaris. tandem peten- 55
tibus Romanis, cum scirent Graecos pompantes vicisse ori-